

Johann Quistorp Franz Ernst Klein

## Theologiae Controversae Summam

Rostochi[i]: Kilius, 1658

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740015923>


Druck Freier  Zugang



RU. Med. 1658

Johann Quistorp/a

Verf.: Franz Ernst Klein



Quo sine mens altum nil inchoat  
AUSPICE CHRISTO.

THEOLOGICÆ  
CONTROVERSÆ  
SUMMAM,

Consentiente Facultate Theologicâ,  
in Almâ ad Varnum.

SUB PRÆSIDIO  
VIRI

*Pl. Reverendi, Excellentissimi, ac Clarissimi*

D. JOHANNIS QVISTORPII,  
S. S. Theologiæ D. ejusdem P. P. & Ecclesiæ Ca-  
thed, Past. Fautoris ac Præceptoris sui  
plurimum colendi,

proponit  
placidoq; Eruditorum examini  
die X. Novemb.  
in Auditorio M. horis antemerid.  
submittit.

FRANCISCUS ERNESTUS *Klein/*  
Mol, Po.




Rostochl, Typis Hæredum NICOLAI KILII Acad. Typ.  
ANNO MDCC LIIX.

THEOLOGIE  
CONTRORSER  
SUMMA

Contentionis academicæ Theologice  
in articulo de  
D. JOHANNIS QVISTORII  
A. S. Theologi, et eiusdem, P. & Ecclesiæ  
A. S. Theologi, ac Praeceptoris  
curam habentis

proponit  
Disputationem  
die X. Novemb.  
in Auditorio



BRANCO  
1810

1810

Θεὸς ἕν παλιάρη.

## SUMMA THEOLOGIÆ CONTROVERSÆ.

DE  
SCRIPT. 8.



Quamvis Principium essendi DEUS pri-  
mus sit & novissimus Esa. 44. 6, immerito tamen  
nos quis suggillaret, si de Scripturâ S. quæ principium  
est cognoscendi, initium fecerimus, frustra na-  
colitur DEUS ἐν τέλει μασιν ἀνθρώπων Matth. 15, 9.

Deut. 12. 8. Absit vero ut cum Sohnio Augustanam C. ideo damne-  
mus, quod non ante omnia de Verbo Dei egerit. Continet enim  
A. C. eos maxime articulos qui in controversiam cum Pontificiis ve-  
niebant, quos, ut loquitur Præfatio ad Cæsarem Carolum V. ex Scri-  
pturis Sanctis, & Puro Verbo Dei, tanquam Principio ἀναμφοισθητήτω,  
dijudicare poterant. Ad quod accedit articulum ejus V. esse de Mini-  
sterio Verbi. Hæc verò Dei jussu Apoc. 1. 11. c. 14. 13. Actor. 15. v. 20.  
22. 23. ac immediato Spiritûs S. afflatu 2. Pet. 1. 21. 2. Sam. 23. 2. à Pro-  
phetis in Veteri Hebræo, ab Apostolis in N. T. Græco sermone, non  
tantum quo ad sensum sed & quoad verba perscripta est, ff. 34. v. 16.  
Rôm. 15. 18. 1. Thef. 2. 13. 1. Cor. 1. 13. Id quod non evertitur Luc. 1. 3.  
ἐδοξε καμὸι γράψαι, reddendum enim ut Actor. 15. 22. c. 26. 9. De-  
cretum, probatum est mihi, scribere. Non, oppositione ἐγὼ λέ-  
γω & Χὸ κύριος 1. Cor. 7. 12. respectus enim ibi fit ad versum 10,  
ubi expressum Apostolus habebat verbum Gen. 1. Matth. 5. 32. Matth.  
19. 9. quo vers. 12. destituebatur. Blasphemi ergo sunt in Deum, qui  
imperfectam eam, mutilam, mancam, non continentem omnia quæ  
ad salutem necessaria sunt, sed traditionibus supplendam, obscuram,

A

nalum

natum cæreum, Regulam Lesbian, Laicis interdendam ac pernicio-  
 sam, cum Jesuitis censurâ Colonienſi, & cum opere Catechistico  
 Caniſii, ſtatuant. Nos quando de Perfectione ejus ſcribimus, teſta-  
 mur nos non dicere omnes Prophetarum Chriſti & Apoſtolorum  
 conciones, eodem quot habitæ ſunt verbis conſignatas eſſe, ſed  
 quod in iis, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt plene ac perfecte nos in-  
 ſtruat, idq; vel explicite vel per immotam conſequentiam, 1. Tim. 3. 15.  
 Act. 20. 27. De Perſpicuitate ejus monem<sup>us</sup>, obſcuram eam eſſe intelligi  
 poſſe ratione myſteriorum, quæ in eâ traduntur. At ratione modi tra-  
 dendi, clariffimis verbis, fidei articuli aliquo in loco proponuntur.  
 Pſal. 19. 9. Pſ. 119. 105. 2. Pet. 1. 9. 2. Cor. 4. 3. Nec contrarium evincie  
 locus 2. Pet. 3. 16. Quippe non Scriptura homines, ſed hi τὰς γραφὰς  
 ſπεβλάουσι, adde articulum, ἐν οἷς. Fatemur tamen ratione dogma-  
 tum Papiſticorum, de Purgatoriô, Cœlibatu, Miſſâ, Papâ &c. ut po-  
 te de quibus nec χρὴ habet, recte eam dici obſcuram. Nullis itaq; hic  
 opus Traditionibus Pontificiis Colof. 2. 8. 23, (ſecus ſi eo, quo Apo-  
 ſtolus, ſenſu utaris 1. Cor. 11. 2. 2. Theſ. 2. 15. c. 3. 6. Confer cum his  
 Actor. 26. 22. εἰδέν ἐκ τῶς λέγωνι.) Εκ πειρασίας argumentamur.  
 Traditiones aut idem docent quod S. aut contrarium. Si contrarium,  
 non ſunt admittendæ Gal. 1. 8. Bell. 1. 4. d. Verbo Dei c. 3. Nullam Tra-  
 ditionem admittimus contra Verbum Dei. Si idem, aut clarius aut  
 obſcurius, aut æque clare. Illud, quo argumento evincet. Iſtud con-  
 cedimus, ſed nil probat: hoc, ζήτημα nil probans. Nos obverti-  
 mus. Eſai 8. 20. Gal. 6. 16. Ad quem Canonem Eccleſia ipſa exigenda  
 eſt, quæ exinde σὺλ. & ἐδραίαμα τῆς ἀληθείας ſalutatur.  
 1. Tim. 3. 15.

DEO.

Deum igitur eſſe e Scripturâ edocti, quamvis idem e notitiâ na-  
 turali tam ἐμφύτω quam Πικλήτω, licet non ita clare, haberi poſ-  
 ſit Job. 12. 7. Rom. 1. 18. c. 2. 14. conſiderabimus Eum tum ratione  
 ἑσίας tum ὑποστάσεων. Ratione ἑσίας in Trinitate veneramur u-  
 nitatem, non genericam, nec ſpecificam. hæc enim multiplicationem  
 quodammodo in Deo inferret, ſed numericam. Deut. 6. 4. cap. 4. 35.  
 Eſai. 44. 8. 1. Cor. 8. 4. Ratione ὑποστάσεων in unitate Trinitatem.  
 Eſai. 63. v. 7. 8. 9. 10. (hoc dictum pulchre enodantem vide Franzium  
 diſp.

disp. 1. A. C. §. 77.) Matth. 3. 16. c. 28. 19. Joh. 14. 16. 1. Joh. 5. 7. Inepti  
 vero sunt qui ita colligunt. Una numero essentia non potest esse in  
 tribus numero distinctis hypostasibus. Divina natura est una nume-  
 ro essentia. 3. est enim Major *ἄριζαφ*. Joh. 10. 38. c. 14. 11. tan-  
 tum procedens in rebus creatis finitis, non essentia infinita. Ineptior  
 Valla lib. 6. eleg. c. 35. Quot sunt Personæ tot sunt substantiæ; Vel è  
 principiis Metaphysicæ à Scheblero refutatus. Attributum entis esse  
 ens, non autem attributa entis esse entia. Ineptissimi omnium, h. m.  
 concludentes. Qui est Filius unius veri Dei, is non est unus ille verus  
 Deus. Vocabulum enim Dei sumitur vel *ἀπλῶς* essentialiter, vel  
*χελνώς* personaliter. Meissn. Theol. Phot. 405. Deum Patrem, ne-  
 mo nisi Ethnicus negat. Multi autem Filium & S. S. Esse Eos unum  
 illum Deum cum Patre probamus I. ab expresso nomine DEUS.  
 Filius dicitur Deus. Rom. 9. 5. Erasmi exceptionem ex ejus annota-  
 tis in h. l. tom. 6. operum ut nullam rejicimus. 1. Tim. 3. 16. 1. Joh. 5. 20.  
 Johan. 10. 33. ubi non absolute Deus ponitur, sed talis, qualem qui se  
 mentitur *βλασφημῶν* vers. 36. Tit. 2. 13. *μεγάλος θεὸς καὶ*. vid. 1. Cor.  
 15. 24. imò Colofs. 2. 2. vocabulum *θεός* nudè ponitur, & tam Filius  
 quam Pater subsumitur. *ἑπερὶ δεῖξαι*. SPIRITUS S. dicitur Deus  
 Act. 5. 3. 4. 1. Cor. 12. 6. 11. 2. Cor. 3. 17. conf. Marc. 12. 29. Probamus  
 II. ex qualicunq; Dei descriptione. Quod sit Essentia (D. Franzius  
 Essentiatorem rectius dici putat dis. 1. A. C. §. 54. Hebraice, *יהוה*,  
 quod nomen, si absolute & extra compositionem sumatur, Soli Deo  
 infinito Grammaticè & Logicè proprium esse, fusius probat Excel.  
 Dn. D. Maukifius, Præceptor meus honorandus quæst. 8. disp. 2. Claf.)  
 Spiritualis, æterna, intelligens, Verax, Omnipotens &c. Hæc omnia  
 de Filio & S. S. affirmari possunt: tribuitur *Filio* nomen *יהוה* Jerem.  
 23. 6. Psal. 68. conf. Eph. 4. *Spiritus* tribuitur, Esa. 6. 8. conf. Act. 28.  
 Deut. 32. 12. conf. Esa. 63. 7. 8. 9. Eternitas, *Filio*, Psal. 102. 26. Heb.  
 1. 2. 10. Joh. 1. 1. Prov. 8. 22. Joh. 8. 58. *Spiritus* S. Gen. 1. 2. Hebr. 9. 14.  
 Psal. 33. 6. Omniscientia, *Filio*, Joh. 2. 24. c. 16. 30. Colof. 2. 3. *Spiritus* S.  
 1. Cor. 2. 10. 1. Pet. 1. 11. Omnipotentia, *Filio*, *Φέρων τὰ πάντα τῷ ὑψι-  
 ματίῳ τῆς δυνάμεως αὐτῆς*. Heb. 11. 3. Joh. 8. 16. *Spiritus* S. *Διείδον ἰδέειν  
 ἐκείνω καὶ ὡς βλέπει*. 1. Cor. 12. 11. Possemus III. probare ex Ba-  
 ptismo



ptissimo, &c. sed præstitum id ab aliis. Harum Personarum quæque  
suas habet notas *ἁεαυτεαυτης* tum internas tum externas. Sic  
internæ sunt Patris gignere, Filii à Patre gigni, S. S. ab utroq; proce-  
dere. Externæ licet sint indivisa, quoniam tamen Deus Pater in crea-  
tione, Filius in Redemptione, S. S. in Sanctificatione maxime se exe-  
ruit, factum est, ut Creatio Patri, Redemptio Filio, Sanctificatio S. S.  
adsignaretur.

**CREATI.**

S. S. igitur Trinitas in principio mundi sex dierum spatio cœ-  
lum & terram & in iis omnia creavit. Gen. 1. Hebr. 1. 3. Psal. 33. 6.  
Quo verò anni tempore, litigant. Fôrsterus Decad. 2. Probl. 1. Symb.  
Apost. *ἡγεσιν τε ποσιν τε* pro autumnali depugnat. Alii pro Vernò.  
Brochmandus, & nos cum Eb, *τὸ ἐπὶ χειρὶ* præferimus. Lux primo-  
genia substantiale quiddam fuit, corpus scil. luminosum suis extremi-  
tibus sic determinatum, ut motu suo successivo partes universi per  
vices illuminaret. Quartâ autem die lux hæc non evanuit, sed Dei  
dispositione in substantiam Solis relata fuit. Materiam Cœli aquam  
esse post Mosen Petrus 2. Ep. 3. 5. docet. Idem Moses Gen. 1. 6. cum  
Psalte 104. 3. & 148. 9. dari aquas supra cœlestes affirmat.

**IMAGI DEI.**

Omnia v. quæ creata sunt fuerunt *ἰμῶν ἡμῶν* Gen. 1. 37. In primis in  
Homine tam Viro quàm muliere Creatoris imago emicuit Gen. 1. 27.  
c. 5. 1. Sap. 2. 23. Quæ imago nō fuit ipsa Substantia hominis, quia sic nul-  
lum maneret discrimen inter Filium Dei & Hominem, uterq; n. fieret  
*ἕως ὅδε* Dei Filius Coloss. 1. 15. alias rationes vide Anthr. Meissn. dif. 1.  
q. 5. sed qualitatum saltem quarundam excellens conformitas. No-  
tanda hic Theologorum regula. Imago Dei non est collocanda in  
iis, quæ post lapsum in homine manserunt integra. Errant proinde,  
qui imaginem Dei ponunt in animâ, quatenus est spiritualis, incor-  
porea, immortalis, intelligendi facultate prædita, Dieter. de Imag. Dei,  
quamvis analogicam quandam congruentiam cum Deo hujus respe-  
ctu habere dici possit. Conformitas hæc cum Deo fuit vel *πρωτη*  
vel *δευτερεα*; illa sita fuit in animæ cum intellectu, tum appetitu. In-  
tellectui innata erat intima voluntatis Dei notitia, rerumq; omnium  
exquisita atq; finita scientia. Eccles. 17. 7. *Πρὶν γέννησιν οὐκ ἔστωσαν ἐν ἐπιθυμῶν  
ἐν αὐτοῖς*. Col. 3. 10. In appetitu rationali sive voluntate erat (1) natu-  
ralis

ralis ad bonam propensio, 2. Volitilibera executio. Priori Deitatis, posteriori libertas repræsentabatur. Gen. 1. 31. Eccles. 15. 34. Eph. 4. 24. In appetitu sensitivo erat conformitas cupiditatum & affectuum Gen. 2. 25. Hæc (*δευτέρα*) partim in conditione corporis, ejus nimirum impassibilitate & immortalitate, partim in externo dominio sita fuit Gen. 1. 26. Eccles. 17. 3. vid. cit. disp. Meisn.

Justiciam verò hanc originalem diffidendo, mox præceptum divinum superbe transgrediendo, homo confessim amisit, ejusque loco habitum contrarium vitiosum contraxit, mortemq; sibi ac toti posteritati, corporalem spirituales, & æternam arcessivit. Gen. 2. 17. Hic habitus dicitur peccatum originis, originis, non ratione mundi, nec humanæ naturæ. Sed ratione 1. effecti, quòd ex eo actualia peccata propullulent. 2. Subjecti *κατ'ουραν*. Quoniam omnes in hoc peccato concipiuntur, non hic excipitur Maria, non Johannes, non Jeremias. Gen. 6. 5. c. 8. 21. Joh. 3. 6. Rom. 3. 23. Rom. 5. 12. Matt. 7. 18. Non fidelium infantes. Ephes. 2. 3. Non cuncti homines, ut obliquè statuunt qui argumentantur: Tantum habet aliquid de ratione peccati, quantum habet de ratione voluntarii, nominatim Franciscus Mayro. Chemnit. par. Exam. p. 89. Pro quo rectius nostrates cum Scripturà statuunt, ad peccatum sufficere τὸ ἄνομον, sive adsit sive absit τὸ ἐκκόσιον. 1. Joh. 3. 4. Lev. 4. 13. c. 5. 17. Ps. 19. 13. Derivatur a. in nos non alieni exempli imitatione, ut Pelagiani volunt, sed carnali generatione Psal. 51. Gen. 5. 3. Et licet formale ejus *χελιδόν* in baptismo tollatur, manet tamen per omnem vitam etiam in sanctissimis Rom. 7. maxime actuale per se damnabile, fonsq; omnium peccatorum actualium omissionis & commissionis Jacob. 1. 14. tam mortalium, (quæ à Pontificiis nimis coarctata voci SALIGIA includuntur, cum omne peccatum legaliter consideratū ex suà naturà sit mortale Gal. 3. 10. Jacob. 2. 10.) quam Venialium, per quæ vitiosos peccati originalis motus internos eosque in voluntarios in renatis maxime intelligimus; alias mortalia quoq; ab eventu dicuntur venialia, quia poenitentibus remittuntur. Peccata verò cum diximus omnia esse mortalia, nequaquam hoc ipso gradus eorum tollimus Joh. 19. 11. nec Indurationem sive peccatum in Spiritum S. quæ est agnitæ veritatis finalis blasphematio, cum reliquis peccatis confundimus, hoc

anim non mortale tantum ex sua natura est, sed & semper actu secun-  
do mortiferum. Matth. 12. 32. 1. Joh. 5. 16. Marc. 3. 29. Heb. 10. 26. Cau-  
sas peccatorum damus 1. Deum, non Jehovah. Psal. 5. 5. sed *αἰών* ①  
*τῆς* 2. Cor. 4. 4. specie serpentis & hodie varie 7. Pet. 5. 8. seducen-  
tem. 2. Evam 1. Tim. 3. 14. deinde Adamum *ἐφ' ὅ πάντες*. Rom. 5.  
12. 14. 15. imo peccantem quemvis propria voluntate Satanæ assen-  
tientem. Respicimus ergo *ἀφίλοσόφως τε καὶ ἀθεολόγως* Mani-  
chaos, duo principia bonum & malum coæterna statuentes.  
*Αθεολογώτερος* his Calvinistas & in his Bezam. Peccata fiunt aut  
Deo volente, aut nolente? ubi datur tertium, aut non volente Pl. 5.  
*ἐπιείκεια* ① loco de Induratione hæc addimus, considerari eam  
posse, vel ut peccatum, vel ut peccati pœnam. Priori respectu nul-  
lo modo est a Deo Rom. 9. 22. Posteriori, recte ea attribuitur Deo  
etiam ut principio agentis, Ezech. 20. 25. 2. Thes. 2. 11. non quasi duri-  
tiam efficienter immitteret, sed quod deserat, permittat, & Satanæ  
tradat. Objicis, Quem deserit Deus recipiunt diaboli, & sic Deus  
causa est quod tradatur diabolo. Resp. Quem deserit Deus, non  
ante desertus, Voluntate antecedente. Sic salta Minor. Medicus  
ægro intemperanti vitiosos humores non inserit, sed jam in fitos re-  
linquit. Sic Deus malitiam non infundit.

PROVID.

Sequitur Articulus de Providentiâ, quæ est actio Dei, quâ res  
bonas à se creatas etiam minutissimas liberè ac sapienter promovet  
& gubernat, malas autem *ἐπινοήσας* prohibet cohibet, ad finem  
bonum determinat. Initio autem distinguimus inter Præscientiam  
(Rectius scientiam, omniscientiam) & Providentiam, ut inter essen-  
tiale Dei *ἰσχυρὰ* & ejus ad extra relationem. Providentia est cura  
Dei in ea quæ sunt. Præscientia circa omnia occupatur, & quæ nun-  
quam fiunt, Errant igitur qui eam rerum causam faciunt Matth. 26 53.  
Luc. 19. 40. Adde, quod Deus necessario ageret. Biga quæstionum  
nobilium hic se offert. 1. De Conjugiis an fatalia? Resp. cum D. A.  
Hunnio Qu. & Resp. de Prov. p. 711. Affirmando h in, quod Deus in  
conjugali negotio voluntates hominum consiliaq; sic temperet, ut  
cui velit in remunerationem pietatis antegressæ commodam societ  
uxorem Psalm. 128. Prov. 19. 14. Vicissim in pœnam impietatis per-  
mittat

mittat implicari conjugio infelici. 2. An stet sua cuiq; dies & irrepabile non evitabile fatum? Ita tanē videtur Job. c. 14. 5. David. Ps. 139. 16. statuere. Nos dicimus intelligenda esse hæc de necessitate consequentiæ non consequentis. Ordinariè Deus causarum secundarum efficaciam non evacuat, est enim natura altera ejus manus. Quia igitur præsci vit hōminem hunc intemperantem libidinosam futurum, media ordinata rejecturum, unde *κράσις* humani corporis turbatur, humidum radicale, & calidum nativum absumitur, quæ omnia in isto homine esse potuerunt optima, ita ut per naturam, (demptā intemperantiæ & libidinis) fructius vivere potuisset, præstituit, ut positā causā, effectus quoque ejus Mors, ordinariè poneretur, Psalm. 55. 24. Ita ut statuamus suadent *ἄπει* contrariæ sententiæ. Vanæ enim essent Dei promissiones & comminationes, Vanæ piorum præces, Vana omnis ars Medica. Vid. Hunn. l. cit. Forst. Symb. Apolt. decad. 2. prob 9.

Deus autem *πλέσι* *ὧν ἐν ἐλέφ* Eph. 2. 4. *πλύσσω* *λαγν* **CHRISTO**. *καὶ ὑπὲρ* *ἡμῶν* Jacob. 5. 11. Videns enim defecturum, ejusq; ex peccato miseri miserus, Filium suum totum humano generi Servatorem mittere ab æterno decrevit, & in *πληρώματι* *χρῶν* misit. Gal. 4. Hic *ἀνυπόστατον* carnem ē Mariā Virgine assumens in suam *θεότητι* hypostaticè limitatam, Deus est etiam secundum suam carnem personaliter Luc. 1. 35. Manentq; naturæ hæ *ἀδιαρέτως ἀχωρίτως*, *ἀδιφασίτως*, *ἀσυγχύτως* in omnem perpetuitatem unitæ *συνθεῖν ὑφιστάμενον* Joh. 1. 14. 1. Tim. 3. 16. Heb. 2. 14. Quæ unio non est Physica, integralis, essentialis, accidentalis, sed *μονότροπον* *ὑπερ* *φυσικῶς* hyper physica; neq; tamen qualis est in Trinitate, Sacramentis, Mystica inter Christum & Ecclesiam, sed hypostatica. Valeat ergo Calvinistica sustentatio, quæ unionem personalem nihil aliud esse contendunt, quàm humanæ naturæ in *λόγῳ* sustentationem. vid. Beza Coll. Momp. p. 202. Sic enim 1. omnes creaturæ cum *λόγῳ* personaliter essent unitæ Act. 17. 28. Heb. 1. 3. 2. Tam Pater quàm S. S. humanæ naturæ personaliter diceretur unitus, quoniam sustentatio opus est ad extra. Nos unionem definimus, quod sit duarum naturarum æctis-  
sima & cum intimā *ὑπερ* *χωρήσει* ac unius *ὑποστάσεως* communionem  
conjun

conjuncta, sine omni tamen confusione, ad unum ὁμοῦ μὲν θεῶν-  
θρώπων constituendum copulatio. Coloss. 2.9. Λόγος ὅμοιος ἐντε-  
λείας penetrat assumptam naturam quæ se habet instar δυνάμεως,  
ut tota fiat λογωθεῖσα ἢ θεωθεῖσα. Ut ut autem arctissima hic con-  
cedatur ἀειχώρησις, manent tamen duæ illæ naturæ toto genere  
diversæ, ut neutra de alterâ in abstracto prædicetur, ut etiam divini-  
tatis proprietates non fiant humanitati propriæ, ut loquuntur, subje-  
ctivè, nec contra, ut utriusque sint distinctæ voluntates & distinctæ  
ipsarum naturales actiones & ἐνεργεῖαι: Paucis, ut in Trinitate est  
ἄλλο ὅμοιος καὶ ἄλλο ὅμοιος, ita hic ἄλλο καὶ ἄλλο. Melioris doctrinæ gratiâ  
Doctores N. tria communicationis idiomatum genera constituunt.  
Est autem communicatio idiomatum ex unione hypostaticâ orta vera  
& realis participatio priorum divinæ & humanæ naturæ facta  
in Christo θεωθεῖσθαι ab alterutrâ vel utraq; naturâ simul denomi-  
nato. 1. Genus est, Quando propria naturarum communicantur  
Personæ in concreto. Cyrillo ἰδιοποιεῖται dicitur. Semper in hoc  
genere subiecti loco ponitur nomen Personæ. Deus est passus. Nota  
tamen, in hoc genere propria naturarum ita communicari Personæ,  
ut suæ quæque naturæ vindicentur. Sic Christus, quod σαμαρῶ-  
νων νοεῖται, passus est, non secundum Deitatem, hæc enim est ἀναλ-  
ογιωτὸς ἀπαθής καὶ ἀθάνατος Mal. 3. 6. sed carne. Pet. 4. 1. quæ  
prædicatio non est verbalis, synecdochica impropria, sed ut ipsa unio  
realis. Est enim Filio Dei caro sua æquè propria personaliter, ut  
divinitas essentialiter. Passus autem est Deus, non accipiendo ab  
humanitate passionem, nec tantum λογιστικῶς passiones carnis suas  
reputando, qualiter Actor. 9. 5. 1. Cor. 8. 12. nec tantum eam susten-  
tando ejusq; obedientiam & passionem πνευδοκία sua complecten-  
do, nec tantum victricem ei virtutem largiendo simulq; faciendo  
πρὸς πάντη σωτήρια καὶ ζωοποιία, sed & ὑποτακτικῶς & ἰδοπιητικῶς.  
Execramur igitur σὸφον Zvinglii φάρμακον, Ἀλλοίωσιν, quam ipse  
definit Tom. 4. oper. fol. 308. quæ de mortali loquentes naturâ, de  
immortali & de divinâ sentiamus & contra. Cui hunc arietem op-  
ponimus. Filius hominis traditus est in mortem. Verè sanè ac rea-  
liter.

licer. Filius Dei est Filius hominis. Non verbaliter, aliàs & Filius ho-  
minis verbaliter ac improprie erit Filius Dei Luc. 135. E. Filius Dei  
traditus est in mortem Rom. 8. 32. 1 Cor. 2. 8. Act. 3. 15. c. 20. 28. Adde  
perverſam imò abſurdam locorum explicationem Joh. 1. 14. Rom. 1. 3  
Secundum Communicationis idiomatum genus, non ſecundum  
Form. Conc. quæ ordinem doctrinæ obſervat, ſed Menſuram ac ple-  
rosque noſtros D. ordinem naturæ ſequentes, eſt *Μετέωια*, quando  
divina gloria & Majeſtas Chriſto homini in tempore donatur. Caro  
Chriſti eſt vivifica Joh. 6. Colofs. 2. 9. Joh. 3. 34. *ὅτι ἐν μέτρῳ* non  
ratione termini à quo ſed ad quem, contra Toſſanum, (de Sanctis Tit.  
3. 6.) Hic communicatio non eſt reciproca, aſſumentis quippe eſt da-  
re non aſſumpti. De hoc genere maximè controvertitur. Nos bre-  
vibus divina *ἀρχήματα* competere Perſonæ Chriſti dicimus. Hæc  
verò non eſt *ἐξ ἑτέρων ἐπ' ἑνὶ τι* diſtinctum à naturis, ſed in iis ſubſiſtit,  
adeò ut quæ attribuntur Perſonæ Chriſti, illa vel utriq; naturæ vel  
alterutri convenient, ſicque ulterius hîc quaerendum ſit ſecundum  
quam naturam hæc gloria Chriſto ſit collata. Orthodoxi reſpon-  
dent. Quæcunq; Chriſto data ſunt in tempore, ſecundum huma-  
nam naturam data eſſe intelliguntur. Conſiſtit autem *Μεγάλη* illa  
*θεοδότης* in Omnipotentia. Matth. 28. 18. de vocabulo *ἐξουσίας* quæ  
eſt plenarium exercitium *πῶτος δυνάμεως* vide Matth. 9. 6. Luc. 4. 6.  
36. nec cœli & terræ nominibus velut limitibus coarctatur Pſal. 135. 6.  
Omnipreſentia Colofs. 2. 3. Joh. 2. 24. Matth. 9. 4. 6. Omnipreſentia  
Matth. 18. 20. c. 28. 20. Vi vivificandi Joh. 6. v. 48. 49. tam ratione me-  
riti quàm efficaciz. v. 51. Judicium faciendi Joh. 5. 27. *ὅτι* non *αἰτιο-  
λογικόν* ſed *διοριſτικόν* & *δεικτικόν* eſt objecti *δόσεως*. *Δατρεία* Joh. 5.  
22. Heb. 1. 6. Phil. 2. 10. Calviniani bifariam hic ſe nobis opponunt  
I. in Genere argumentantes. (α) Attributa intra complexum divinæ  
eſſentia conſiderata ſunt *ἑαυτὰ* & *ἀδιαιρετὸν τι*. *Ἐυδηλον*. Eorum  
autem quæ ſunt reipſà idem non poteſt unum alicui communicari,  
non communicato altero. Communicata ergo immaterialitas, æter-  
nitas, &c. Abſonum. Reſp. 1. In communicatione eſſentiali com-  
municato uno idiomate communicantur omnia, non vero in eâ quæ  
ſit *ἢ σιωδύασι*. Propter animam corpus dicitur vivum, non au-

tem immateriale. Neq; hili est probetis. Quia non differunt reali-  
ter. Hypostasis ab essentia Filii non differt realiter, nec tamen hæc  
absolutè incarnata. 2. Dist. inter attributa *αινεργητα & ενεργητικα*.  
Horum usus erat in administratione officii. Etsi enim attributa, ut  
considerantur absolutè intra ipsam divinitatem *ταυτο η* sunt, relati-  
vè tamen respectu operationis ad extra in creaturis distinctionem ad-  
mittunt. Misereatur Deus hominum suâ gratiâ non simplicitate,  
punit Justitiâ non infinitate. Sic calor & lux idem sunt in Sole, &  
tamen in calefaciendo Sol non agit adæquatè secundum lucem.  
3. Concedendo argumentum si non immediate tamen mediatè. *Blais*  
*9.6, Dan. 7. (β)* Finitum non est capax infiniti. E. nec humana natu-  
ra donorum infinitorum. Resp. 1. Subjectivè. 2. Nec infinitus  
*λογος* unire sibi potuisset carnem. (γ) E. à primo unionis articulo  
Christo hæc omnia etiam in statu exinanitionis communicata fuere,  
maximè omnipræsentia. R. 1. Concedendo quoad *κρησιν* non 2.  
*ζησιν*, actum primum non secundum. *Εωτων εκένωσιν*. Phil. 2. 7. 2.  
Placet ex Hunnio *αξιωματημονευτα* ista de Personâ Christi p. 365. ad-  
ducere. Quamvis humanitas Christi τὸ *λογος* omnipræsens est in  
statu exinanitionis, tamen hæc præsentia humanitatis ejusq; in *λογος*  
existentia ponitur extra respectum omnium creaturarum intra *λογος*  
ipsum, qui non eo modo quo est in creaturis *ενεργητικος*, sed quo in-  
tra suam divinam hypostasin consideratur, naturam humanam sibi  
unitam habet. Paulo post: Caro Christi cæteris creaturis præter  
has quib; naturaliter aderat adesse se nec sensit nec animadvertit or-  
dinarie: item. Humanitas in suâ ad Dextram Dei ejectione, non o-  
pns habuit translatione quadam ex uno loco in omnia, sed illud tan-  
tum requirebatur, ut ea nunquam non exera locum τὸ *λογος* omni-  
præsens, dominio omnium creaturarum præficeretur, ita ut jam sci-  
at adesse se universis. II. in Specie. Hic verò agmine facto in Omni-  
præsentiam maximè irruunt. Nos duobus dicimus, esse articulum  
hunc *ομολογηματος μετὰ ευσεβειας μυσηριον* 2. Tim. 3. 16. ideoque  
nec rationis decempedâ metiendum. 2. Cor. 10. 5. Cave tamen cum  
Georgio Lupichio excipias. E. Evangelium vaccis & ascribis præ-  
dicandum. Pro resolutione argumentorum noterur. 1. *Αυχηματα*  
hæc

hæc carni non conveniunt ex sua essentis proprietate naturali, aliudq;  
 est, esse omnipotentiam ipsam, aliud habere omnipotentiam. 2. Hu-  
 mana Christi caro etiam in dextrâ Dei manet finita & circumscripta  
 finitione suarum dimensionum. 3. Geminum nos tribuere carni  
 Christi existentis modum, naturalem alterum, alterum personalem.  
 Illius respectu, conceptionis tempore fuit in utero tantum B. Mariæ  
 Virginis, non Herodiadis: Hujus autem respectu, supernaturalis scilicet  
 unionis, eo quoq; tempore alibi fuit Caro Verbi, quo Maria in æter-  
 num pervenire nequit. Tertium Genus est *Κνωποῦια*, quando  
 actiones officii tribuuntur Christo secundum utramq; naturam: sive,  
 quando utraq; natura agit distinctè quidem quod sibi proprium est,  
 non tamen divisè, sed cum communicatione alterius, unde actiones  
 emergunt *Ἰεωδρῆσι*, in quibus non tantum unus est *ἐνεργῶν*, una  
 persona actiones eas producens; non unum tantum *ἀποτέλεσμα*  
 commune effectum ex utriusque naturæ operatione proveniens; sed  
 & ipsæ *ἐνεργείαι* actiones efficaces, quantumvis origine suâ distin-  
 ctæ naturis tamen sunt communes. Restat paucis agamus de Offi-  
 cio Christi ejusq; statibus. Illud triplex est 1. Propheticum, con-  
 sistens in revelandâ voluntate sui Parentis. Joh. 1. 18. 2. Sacerdotale,  
 consistens tum in satisfactione, pretium *ἡ ἁρπαγῶν* persolvendo, le-  
 gemq; totam implendo; tum intercessione, propter suum meritum.  
 1. Joh. 2. 1. 3. Regium, quo Christus *Ἰεωδρῶν* gubernat omnia  
 in cælo & in terrâ maximè Ecclesiam. Regnum ejus est, Potentiæ,  
 Gratiæ, Justitiæ, Gloriæ. Status Christi duo sunt, Exinanitionis &  
 Exaltationis. Ille, quod, cum duplici gauderet privilegio, seipsum  
*ἐκένωσεν*. Pertinent huc omnes actus Articuli secundi Symboli Apo-  
 stolici, usq; ad descensum ad inferos exclusivè: Hic, quando à mor-  
 tuis excitatus cœdit ad dextram Dei, reliquosq; actus omnes Sym-  
 bolici Apostolici continet. In quibus actibus *τὸ πρῶτον* strictissimè ob-  
 servatum, Mortemq; ac passionem Christi, planè ut missionem, esse  
 universalem, omnes omnino homines concernentem, volumus.  
 Joh. 3. 16. 1. Tim. 2. 6. 1. Cor. 10. 16. 1. Petr. 2. 24. Photinianorum diaboli-  
 ca hæc est *παρρησία*, dum satisfactionem Christi pro peccatis nostris  
 simpliciter rejiciunt, vocantes dogma illud, fallax, erroneum, & ad-  
 modum perniciosum Catechesi Racov. p. 227. 310. Coloss. 1. 20.



**PRÆDEST.**

In hoc Christo Deus merâ gratiâ *κατὰ βολῆς χάριτος ἐξ ἐπιλέξατο* Eph. 1. 4. *προώρισεν* v. 5. finaliter credituros. Fidei itaq; meritum Christi apprehendentis intuitu, electi sumus non absolute. Act. 26. 18. Eph. 1. 4. 2. Tim. 2. 9. Rom. 14. 23. Heb. 11. 6. ut contra sola incredulitas causa damnationis est. Marc. 16. 16. Joh. 3. 18. De vocabulis ipsis notamus, *προωρισμόν* falsò ab *ἐπιλογή* ut genus à specie distingui, scripturæ n. usu nequè latè patent, semperq; separationem notant & electionem ad vitam, ipso Ursino par. 2. Expl. Gatech. p. 229. suffragante, si unum locum Act. 4. 28. exceperis, qui tñ. *ἔδει πρὸς ἐπιπέ*. Nec confundendi cum electis renati, hi n. & totaliter & finaliter gratiâ Dei excidere possunt, non tantùm ratione sui, sed & respectu Dei. Ezech. 18. 26. Luc. 8. 13. Electi totaliter quidem ad tempus, sic David adulter, Paulus vastator, 1. Joh. 3. 15. 1. Cor. 6. 9. Petrus Luc. 22. 32. non tñ. finaliter. Vocationis etiam vocabulum Rom. 8. 30. sumitur pro vocatione saluari & fide apprehensâ, secus Matth. 22. v. 14. *Ἐυαγγελιστὰς* a. sunt, quæ pro horrendo suo decreto adferunt Calviniani, quod decretum omnes fidei articulos tantùm non subvertit, nec nisi fictâ inter voluntatem signi & beneplaciti distinctione obtineri potest; Modò 1. Prædestinationem non à priori sed à posteriore & quidem ex Evangelio considerandam esse cogites. 2. Decretum cum ejus executione diligenter conferas, & 3. inter voluntatem Dei Antecedentem & Consequentem, Absolutam & Hypotheticam ritè distinguas. Trelocatii distinctio inter præteritionem & prædamnationem nulla est, quem n. Deus præterit hunc prædamnat. Caput Romanorum IX. X. XI. planè contra scopum Apostoli adducunt; Non n. ex professo articulum de Prædestinatione hic tractat Apostolus, sed de reiectione tantùm Judæorum loquitur temporali à gratiâ, ab Ecclesiâ, non nisi consequenter à gloriâ, ad quam explicandam quædam de æternâ electione inspergit. Rationes Parei IV. in contrarium, dub. 4. super Cap. IX. Rom. infirmis nituntur tibicinibus. Sententiam nostram probamus, Quia 1. non omnes Edomitæ damnati, nec cuncti Jacobitæ salvati. Gen. 25. 23. Mal. 1. 2. 3. 2. Apostolus orat pro eis. Rom. 10. 1. Restitui posse confidit Rom. 11. 13. 23. 31 ubi de iisdem individuis non diversis agit *καὶ ἐπιπέ* v. 23. Eâdem mentis

*ἀπὸ τῆς αἰτίας*

oppositas laborat & Huberus electionem sensu propriissimo, à qua en-  
fides excludi nequit, universalem faciens. vid. Matth. 2. 14. & ipsam  
vim vocis eligendi pondera. Nec obstant dicta amore Dei erga to-  
tum genus humanum deprædicantia 2. Pet. 3. v. 9. unde Syllogismus.  
Præteritæ & eligere sunt immediate opposita. Deus neminem præter-  
iit. E. Resp. Electio opus est voluntatis *em dō 99*. E. & sic sumenda  
præteritio. Hoc respectu autem Deus omnes incredulos præteritit.  
Quæ hic de delerione ex libro Vita Exod. 32. 32. pro Hubero disputa-  
ri possent, refutata vide ap. D. Meisn. Ant. dif. 15. Q. 6. nos deleri identi-  
dicinius quod non inscribi. Pf. 69. 29.

Ut autem se habet Electio ita & justificatio, Fide electi sumus, **JUSTIFIC.**  
Fide hac justificamur Rom. 5. 1. Vocabulum ipsum *δικαιοσύνη* forense  
est, & justum pronuntiare aliquem in hoc articulo perpetuo scriptu-  
ræ suffragio notat, non inhærens justitiæ in fussionem, velut absurdè  
statuunt vocabuli compositionem attendentes Etsi. 8. 13. Est hic deli-  
ctum, reus, accusator, chirographum, testis, tribunal, advocatus, Ju-  
dex. Locus Rom. 5. 19. intelligendus est de re non de modo rei. Apoc.  
22. 11. de justitiâ legis seu renovatione nostra loquitur, non Evangelii.  
Neque פְּרִיָּאִין in Hiphil id probare docet Chemn. par. 2. LL. CO.  
p. 631. Imputata hæc justitia non est putativa, sed realis, qualis pec-  
catorum nostrorum Christo, 2. Cor. 5. 21. Gal. 3. 13. Etsi. 5. 3. 4. Δικαιοσύνη  
*δικαιοσύνη* in hoc articulo à nobis dissentiunt plerique hæretici. Est au-  
tem justificatio actio S. S. Trinitatis, quæ ex merâ gratiâ propter Chri-  
stum eam omni suo merito fide apprehensum homini peccatori gra-  
tis, sine ullis suis meritis peccata non imputat. Fides non ut quali-  
tas, sed relatè ad Christum considerata Act. 26. 18. Colols. 2. 5. primas  
& secundas sibi vendicat. Nec obstat Rachab Heb. 11. Ethnica me-  
retrix, quæ de Christi merito nihil scivit. Resp. cum D. Franzio in  
A. C. de B. O. Negando præcisè minorem. Complectitur fides sub  
se, notitiam, assensum, fiduciam. Cadit E. aureolum illud Bellarmini,  
melius eam definiri per ignorantiam, Hebr. 11. 1. & Conciliabuli Tri-  
dentini Sess. 6. c. 9. Non esse asserendum oportere eos qui verè justi-  
ficati sunt absq; ullâ omnino dubitatione apud semetipsos statuere  
se esse justificatos. Excluduntur a. omnia opera à Justificatione tam  
primâ quàm secundâ, quæ somnium est Pontificiorum, Rom. 3. 24. 28.

B 3

Eph. 2. 8.

Eph. 2. 8. Act. 15. 11. 1. Pet. 1. v. 9. Opera tam sine gratiâ quàm per gratiam facta, quoniam hæc *ἔργα ἡσθε* dicuntur Luc. 17. 10. Rom. 11. 6. nec causa eorum solitaria est Spiritus S. sed voluntas justificati cooperans. Excluduntur à Justificatione non tantum ratione meriti, sed & per modum cooperationis. Sequuntur n. opera justificatum non antecedunt justificandum; nec causa sine quâ non justificationis cum Coclenio vocari possunt. Solâ, solâ fide justificamur. Ubi non excludimus Gratiâ Dei, nec Christum nec Evangelium nec Sacramenta, sed, ut dictum, opera. Nec obstat. Jacob 2. ubi sermo est de externâ fidei professione & declaratione justitiæ per bona opera. Argumentum: Si mala opera damnant, bona justificant, quoniam contrariorum eadem ratio, claudicat. Deut. 9. 4. Pulcherrimè Hugo, mala mea purè mala sunt & mea sunt, bona autem mea nec purè bona sunt, nec mea sunt. Idem: Bonus est Deus, justus est Deus, potest sine bonis meritis salvare quia bonus est, non potest sine malis meritis damnare, quia justus est. De loco Rom. 3. 26. Vid. Valch. Harm. p. 4. de die. Officin. 371. ubi ipsa Lutheri verba adducuntur. Ex Erasmo nos notamus. Vox sola tor clamoribus lapidata hoc seculo in Luthero, reverenter audit in Patribus. Sola dicitur fides non quod sola existat, sine spe, charitate, sed quod præter illam nihil apprehendat Christum. Ut verò initio concurrere bona opera in justificatione negamus, ita & conservare eadem fidem, gratiam, salutem constanter pernegamus. Heb. 12. 2. Rom. 9. 2. Phrâsis *κατὰ τὰ ἔργα* Scripturæ est, non autem *ἄνευ τῶν ἔργων*, quia opera quidem erunt manifesta *διηγούμενα* regula, non autem proportionata meritorum norma. Longè aliud est beatitudo ipsa, aliud beatitudinis gradus. Prodit hic iterum genium diabolicum Photinus, arguens satisfactioni locum non relinqui, ubi plèna regnat gratia & remissio. Catech. Racov. pag. 299. Contra Rom. 3. v. 24. negans etiam Deum nobis fuisse inimicum. Joh. 3. 36.

**BONIS  
OPERIB.**

Quamvis autem à Justificatione planè excludamus opera, non tamen absolute rejicimus: Sed fidem *δι' ἀγάπης ἔργων ἡμῶν* Gal. 5. 6. requirimus. Cum Jacobo *ἡ πίστις ἐάν μὴ ἔργα ἔχῃ νεκρά ἐστὶ κατὰ αὐτὴν* c. 2. 17. dicimus. Cum Paulo ad ea exhortamur Philip. 4. 8. quippe

quippe conditi sumus ἐν χριστῷ ἰησοῦ ὅτι ἐργαίς ἀγαθαῖς ἵνα ἔσμεν ἀλλοίως  
 περὶ πάντων ἰδύ. Eph. 2. 10. & gratitudinem nostram Deo declarem. Per bona opera generatim cogitationes etiam & dicta sive sermones intelligimus. Non a. ea dicimus bona opera, quae sunt ex praeceptis hominum ἐν ἑθελῶ φρονησά. Coloss. 2. v. 23, licet bona adsit intentio 2. Sam. 6. 6. μὴ τὴν γὰρ σέβονταί με. Matth. 23. 9. Sed bona opera sunt hominum renatorum à Deo mandata opera ex fide in Christum juxta normam divinæ legis, S. S. ductu facta, ad Dei gloriam & hominum ædificationem. Rom. 14. 23. Proindeq; non ex nominibus sed adverbis dijudicanda Psalm. 109. 7. Licet a. opera hæc bona sint κατὰ τὴν materialiter tamen ea ipsa propter imperfectionem peccatum appellare cum Luthero non veremur. Jacob. 2. 10. Esa. 64. 6. Valeant ergo opera supererogationis. Hoc loco merito notamus Phorinum doctorem Christum venisse novum legislatorem, ut novis praeceptis operum nos denuo obstringeret, cum tn. perfecta Lex fuerit Gal. 3. 12. & Christus τὸ λ. ὁ νόμος sit. Rom. 10. 4. Matth. 5. 17.

Diximus bona opera fieri motu Sp. S. obstat quod & Gentiles LIB. ARBIT. iis claruerint. Ubi cum D. Meisn. disp. 21. Ant. Quæst. ult. distinguendum judicamus inter B. O., νομικῶς & εὐαγγελικῶς vel cum D. Franzio dif. 6. A. C. quæst. 3. Ethicè & Theologicè considerata: Νομικῶς & Ethicè considerata, quodammodo bona sunt, non a. posteriori respectu Rom. 14. 23. Heb. 11. 6. Siquidem ex libero tantum arbitrio, de quo jamragemus, quod in spiritualibus servum, & titulus finere est, profecta sunt. 1. Cor. 2. 14. 2. Cor. 3. 7. De Libero a. Arbitrio scripturi in frontispicio notamus, Liberum A. consideratum Philosophicè respectu ἐσῆας esse ipsam voluntatem; consideratum autem theologicè respectu ἐνεργείας, esse vim quandam voluntati superadditam eamq; perficientem, per quam illa ad bonum promptè inclinatur. Optime hoc ex diverso hominis statu, Institutionis, Destitutionis & Restitutionis metimur. De primo & ultimo quæstio nobis non est, sed tantum de secundo, Quid homo lapsus antequam convertatur ad sui conversionem possit. Respondemus plane nihil Eph. 2. 1. Col. 2. 13. Matth. 7. 18. Pelagiani & his ὁμοψήφοι Pontificii, tres causas in conversione hominis concurrere docent, Verbum, Volunta-

tem

tem, & Auxilium Dei. Imò Pontificiarum Os ac Coryceus Bellarmi-  
nus l. 4. c. 17. expresse habet, Deus operatur quia voluntas operatur,  
non contra. *Πὸς τοῦ λαοῦ* pleriq; propugnant, Naturalia ( ut natura-  
lis vox sumitur pro eo quod in primâ creatione homini naturale fuit  
subjectivè, perfectivè, transitivè. vid. Meissn. d. 2. Ant. Q. 1.) mansisse  
integra. Posse hominem nondum reconciliatum per opera pœnitent-  
tiæ impetrare & mereri ex congruo gratiam justificationis, Vires libe-  
ri arbitrii & facultatem sese converendi ad Deum non esse amissas,  
sed quod tantum amissa sit libera illius facultatis executio, quæ vincu-  
lis peccati impeditur: quando a. gratia divina præveniens solvit istud  
vinculum & homines excitat, ibi rum hominem viribus propriis  
spontè se ad Deum convertere. Quam suam doctrinam similibus de-  
clarant, petitis, de naturali vi & potentiâ videndi; de aviculâ quæ fu-  
niculo restricta potentiam volandi retinet, quamvis motum facul-  
tatis ejus exercere nequeat, simulac autem rumpitur funiculus evo-  
lat, nec peculiaris ei, quam non habuerit, volandi *δύναμις* confertur,  
sed tantum impedimentum aufertur. Quæ omnia quò tendunt nisi  
ut meritum Christi modis omnibus enervetur. Est ergo juxta hos  
naturæ Patronos Gratia divina duntaxat conversionis causa efficiens  
per modum removens prohibens, liberum a. arbitrium causa effi-  
ciens primaria, & sic humanum potius quàm divinum opp. Jer. 17. 14.  
Orthodoxi contra statuunt, per peccatū amissum esse non solum actū  
secundum luminis intellectualis, non solum actum secundum recti-  
tudinis in voluntate, sed etiam ipsum actum primum, illam ipsam  
*δύναμιν* in creatione inditam Ezech. 11. 19. c. 36. 26. Rom. 6. 6. Phil. 2. 13.  
Mere passivè se habere voluntatem ad sui regenerationem. Quod tñ.  
non eò dictum volumus, ut hominem instar *ἀδύου* trunci quasi ne-  
scientem & violentè converti aliquis putet. Potest enim homo in-  
gredi templum, audire verbum Dei Mar. 6. 20. per quæ efficax est Sp.  
S. Jerem. 23. 29. Rom. 1. 16. Heb. 4. 12. Potest homo gratiæ verbo an-  
nexæ reluctari. Math. 23. 27. Pro *ἀνασχευάσει* nota 1. A Præcepto  
ad posse non valere consequentiam; Aliàs quivis non renatus, de quo  
quæstio est, totam legem implere posset. Esa. 55. 22. Nec tamen ex-  
inde Præceptum frustraneum est aut derisorium. Monet infirmita-

lis,

de, favitar ad preces. Vid. Meiff. Phil. Sob. part. 2. Sect. 2. quæst. 3.  
 imo in Christo sic apprehenso ei satisfic. 1. Corinth. 1. v. 30. Rom.  
 10. v. 8. & quod impossibile est naturæ, possibile fit gratiæ. 2. Non  
 raro ad liberam mediatorum à Deo constitutorum usurpationem re-  
 spici. 3. Sapissime quid fieri conveniat, non unde, ostendi.  
 4. Distinguendum inter conversionis inchoationem & ejus conti-  
 nuatam augmentationem. Integer locus Genes. 4. p. loquitur de mo-  
 derando affectu iræ, quod & gentilium nobiliores facere porverunt.  
 De Patribus tenendum, eos Pelagianis litigantibus securius esse lo-  
 cutos: idem habendum de libro Lutheri cui titulus de servo arbi-  
 trio. Nos respicientes *εις δεχησον και πλαωτιω της πιστας*  
 Ebr. 12. v. 2. *ος οδιν ε ενεργων εν υμιν και το θελειν και το ενεργειν*  
 Phil. 2. v. 13. dicitur cum Augustino lib. de nat. & grat. cap. 32.  
 Ipse prævenerit nolentem ut velit, subsequitur volentem ne frustra ve-  
 lit. Prævenerit ut vocemur, subsequitur ut glorificemur.

SACRAM.

Obfignent tandem nobis disputationem hanc, quæ salutem  
 oblatam obfignant, Sacramenta, Baptisma & Cœna Domini. Sunt  
 Sacramenta, definiende D. Menzero sacra & solennis actio quæ Deus  
 per suum ministrum nobis dispensat rem certam peculiari verbo in-  
 stitutam ad offerendam nobis & applicandam atque obfignandam  
 promissionem Evangelii. Rom. 4. v. 11. Tit. 3. v. 5. 1. Pet. 3. v. 21.  
 1. Joh. 5. v. 8. Hanc definitionem si ad septem Pontificiorum Sa-  
 cramenta applicueris, videbis quid distent æra lupinis. Eandem si  
 Calvinianis opposeris, concidit illorum *χρεια*. Quod & præ-  
 terea inductione omnium Sacramentorum patet, unde *αλυβριστη-  
 τον*: Extra Actionem divinitus institutam nihil habet rationem Sa-  
 cramenti. Objicis dici ea signa frequentius. Resp. Conceden-  
 do de signis (materialiter accepto vocabulo signi pro medio) con-  
 ferentibus & obfignantibus. Si enim essentia Sacramentorum con-  
 sistit in nudâ *χρεια*, omnes typi Christi, omnia Sacrificia in Vet.  
 Testam. fuerunt Sacramenta exquisite dicta, & Sacramenta Vet. Testam.  
 fuerunt clariora Sacramentis Novi Testamenti. Licet autem Sacra-  
 menta conferre gratiam disertis verbis statuarimus; rejicimus tamen  
 justificare eâ ex opere operato. Fides sumentis requiritur, quæ si

©

abs.

Sacramentum quidem non collitur, salutaris tamen ejus usus impeditur. Rom. 3. v. 3. I. Cor. ii. v. 27. Flocci pendenda est exceptio Sociniana, Quod res externa & corporalis non possit agere in animum hominis; quippe Sacramenta sunt divina institutionis. Istiusmodi Sacramenta duo agnoscimus. Apologia A. C. his annumerat Absolutionem, sed *καὶ* respectu applicationis ad singula Individua. Baptismus est prius Novi Testamenti Sacramentum, nempe hominis vivi in aquam immersio in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti ut regeneretur & renovetur. Habemus hic rem terrestrem, aquam naturalem elementarem, quæ adspargendi sunt Marc. 7. v. 3. ordinariè à Ministro Ecclesiæ, id quod in casu necessitatis vel fœminæ sanctæ concedimus Gal. 3. v. 28. Exod. 4. v. 25. I. Maccab. i. v. 63. 2. Maccab. 6. v. 10, liberi (*βρέφη*) Luc. 18. v. 15. Actor. 2. v. 39. *πάντες* fidelium universi vivi, plene in lucem edicti Joh. 3. v. 3. nisi planè monstra fuerint: infidelium verò ii qui in familiam nostram cooptati nostrique juris sunt Exemplo Abrahami. Infideles autem adulti observent ordinem Matth. 28. v. 19. Res coelestis est S. S. Trinitas. Finis est regeneratio & renovatio hominis baptizati, naturaliter mortui in peccatis. Joh. 1. v. 5. Luc. 7. v. 30. Actor. 22. v. 16. Tit. 3. v. 5. I. Pet. 3. v. 21. Ephes. 5. v. 26. Locus Genes. 17. v. 7. intelligendus est non absolute sed ratione mediatorum à DEO institutorum vers. 14. Non ergò tantum ritus est exterior & nota professionis inter homines, ut Photiniani volunt, Baptismum à Christo institutum esse planè negantes. Ostorod. in Germ. instit. cap. 39. pag. 347. Contrarium ex Instit. Christi Matth. 28. Marc. 16. & praxi Apostolorum patet: imò in ipso Christo baptizato Matth. 3. v. 16. Nec verò quicquam proficiunt argumentando. Paulus in descriptione Episcopi non facit mentionem baptismi, Cœnæ Dominicæ, clavium. E. Resp. cum D. Menzero Arti. 9. in A. C. D. Apostolus voluit ibi describere qualitatem personæ aptæ ad officium Episcopale, non voluit enumerare omnes illius officii partes. Ultimeò norandum quod Baptismus hic rectè secundum institutionem administratus, denuo non sit iterandus. Eph. 4. v. 5. Rom. 3. v. 3. 2. Tim. 2. v. 13. Rom. ii. v. 29.

Sacra

Sacra Domini Cæna, quam usitato tum temporis vocabulo  
 Missam, non tamen Papalem vocitat A. C. est Actio sacra à J. C.  
 Ἰησοῦ ἑωραῖω paulo ante mortem instituta, in quâ per ministrum  
 suum ad sui recordationem sub panis & vino dispensat nobis carnem  
 & sanguinem suum edendam & bibendum. Possit eum id præstare  
 si voluerit, non facile infitias quis iyerit Ephes. 3. v. 20. Phil. 3. v. 21.  
 ὅσα θελεῖ γίνεται. Voluntatem autem è verbis institutionis rectissi-  
 me iudicabimus, λαβετε, φάγετε, τῆτόδῃ τὸ σῶμά μου. ὡσαύτως  
 πίετε ἐξ αὐτοῦ (πινηεις) πάντες, τῆτο γὰρ ἔστι τὸ αἷμά μου.  
 ut habent Evangelistæ Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. & Paulus 1. Cor.  
 11. His si αὐτολεξεί infistas, nemo te vel transversum unguem  
 movebit, nedum de gradu deturbabit. Ast Lutherum ipsum Tro-  
 pum hic agnoscere clamitant, συνέκδοχὴν nempe. Sed qualem  
 Grammaticam, ubi unum (res una) ὀχημα est alterius. e. g.  
 Quando cum panis porrigitur corpus, cum vino Sanguis Christi.  
 Sed régerunt Christum de panis queni fregerat, in quem digitum  
 intenderat, dixisse, quod sit corpus suum, nos autem dicere,  
 IN CUM SUB panis dari corpus Christi: Ubi responsio in manu  
 est; Nullibi in Scripturâ Sacrà haberi hanc phrasin, panis est corpus  
 Christi, Vinum est Sanguis Christi (quam tamen Ecclesiasticam esse  
 largimur, & si rectè explicetur nostræ æquivalentem): Sed Chri-  
 stum adhibere neutrum Τῆτο, quod sub se comprehendit, tam id  
 quod manducandum bibendumque primo ordinare voluit, carnem  
 nempe ac sanguinem, quàm etiam illud, cum quò sumendum erat,  
 nempe panem vinumque. Unde Paulus 1. Corinth. 10. v. 16. Πάνεμ  
 κοινωνίαν dicit corporis Christi. De particulis IN, CUM, SUB,  
 ubi in fundamentalibus consentiemus, nulli litem movebimus;  
 rerinemus tamen cum Ecclesiâ, ut rem eò clariorem faciamus. Sic  
 Christus est Deus Rom. 9. v. 5. vertitur 2. Corinth. 5. v. 19. Θεὸς ἦν  
 ἐν χριστῷ. Sic Joh. 1. v. 14. legitur Verbum est caro factum, quod  
 exprimitur 1. Timóth. 3. v. 16. Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί. Pontifi-  
 ciorum βλάσφημα de Transsubstantiatione, de Sacrilegâ calicis  
 subtractione, de hostiæ circumgestatione, recitalle, est, si τῷ ῥητῷ  
 infistas.




inillas, refutasse. Photiniani partim tollant Cœenam, partim  
ad Calvinianorum castra se recipiunt. Argumenta contra hunc  
Articulum à κρηωΦαζία, veritate humanæ Christi naturæ, Ad-  
scensione in cœlos petita, cæcæ rationis sunt κρηωΦύζία,  
cui opponimus 2. Pet. 1. v. 20. In quo ut cœpi-  
mus, ita finimus.


Αόξα κλέθ τ' ἔσω κερμεδίονι  
Θεῶ.







hæc carni non conveniunt ex sua esse  
 est, esse omnipotentiam ipsam, aliud  
 mana Christi caro etiam in dextrâ  
 finitione suarum dimensionum.  
 Christi existentia modum, naturalem  
 Illius respectu, conceptionis tempor  
 Virginis, non Herodiadis: Hujus aut  
 unionis, eo quoq; tempore alibi fuit  
 num pervenire neque. Tertium  
 actiones officii tribuuntur Christo sec  
 quando utraq; natura agit distincte q  
 non tamen divisè, sed cum communi  
 emergunt *ἁναδιφύουσι*, in quibus non  
 persona actiones eas producens; no  
 commune effectum ex utriusque natur  
 & ipsæ *ἐνεργείαι* actiones efficaces, qu  
 & naturis tamen sunt communes.  
 cio Christi ejusq; statibus. Illud tripl  
 sistens in revelandâ voluntate sui Parent  
 consistens tum in satisfactione, pretius  
 gemq; totam implendo; tum intercessi  
 1. Joh. 2, 1. 3. Regium, quo Christus *Ἰησοῦς*  
 in celo & in terrâ maximè Ecclesiam.  
 Gratia, Justitia, Gloria. Status Christi  
 Exaltationis. Ille, quod, cum duplici g  
*ἐκείνων*. Pertinent huc omnes actus A  
 stolici, usq; ad descensum ad inferos exc  
 tuis excitatus cõsedit ad dextram Dei, re  
 boli Apostolici continet. In quibus act  
 servatum, Mortemq; ac passionem Chris  
 universalem, omnes omnino homines.  
 Joh. 1, 6. 1. Tim. 2, 6. c. 4. 10. Ebr. 2, 9. Esa  
 ca hic est *παρηγορία*, dum satisfactionem  
 simpliciter rejiciunt, vocantes dogma illu  
 modum perniciosum Catechesi Racov. p.



the scale towards document

naturali, aliudq;  
 potentiam. 2. Hu-  
 & circumscripta  
 os tribuere carni  
 um personalem.  
 antum B. Mariæ  
 bernaturalis scil.  
 o Maria in æter-  
 ποία, quando  
 naturam: sive,  
 proprium est,  
 unde actiones  
 ἐνεργῶν, una  
 διασπασμα  
 roveniens; sed  
 ine suâ distin-  
 amus de Offi-  
 ceticum, con-  
 Sacerdotale,  
 solvendo, le-  
 um meritum.  
 berna omnia  
 st, Potentia,  
 inanitionis &  
 egio, seipsum  
 ymboli Apo-  
 ando à mor-  
 omnes Sym-  
 ctissime ob-  
 lionem, esse  
 volumus.  
 num diaboli  
 catis nostris  
 am, & ad  
 . 1. 20.  
 In hoc